

## **Incipit liber pigmentorum**

Aes ustum sit maxime de clavis cupreis, ex uetustis, qui in olla fictile cruda missi in furno incenduntur, et asparso sulphore uel sale uel utroque, uel alumine coquantur. Probamus autem aes, quod est optime ustum, utpute rubricae colorem faciet, uel ipsa capitula in se, quod enim fuscus est combustum, decimus est aereo uirius et efficacitiam aeris ustile similes laepide, sed tamen fortior, id est acaciae.

### **Acacia**

Acacia fructus est arboris spinose, quae maxime in Aegypto nascitur. Hic legitur fructus, uelut olivas premitur, et sucus illius in sole siccatur, et in glebe redigitur. Erit ergo optima acacia, quae est poenitus leuis, leuiter subrubrice, suauitatem odoris sui subacidastra sit et gustu ualde stiptica. Haec enim maxime de maturo fructus premitur, nam nigra illa ait de maturo fructus fiet aut coctura est inertior. Omnis tamen uiscide stringere potest.

### **Aerugo Dicitur**

Et circa aliqua metalla in quibusdam spelaeis lente et ueluti stillicidium manare. Uerum et conficitur hac ratione: granulia interiora uue, quae quasi sunt quaeque Greci gytrata dicimus, ualde sed substruuntur in uaso aperto, et asparguntur mursa et aceto, deinde subponitur lammina aerea et lata, et iterum operitur eisdem gigartis similiter asparsis, super lamina alia superponitur, et hoc alterius fit, quamdiu uas capit. Deinde opilatur diligenter, ne aliquis habeat speramentum. Et sic die septimo aperitur et prolatis laminis aerugo contraxerint, leuiter abraditur, et rursus intinguntur, et hoc sit usquequo tote consumantur. Alii super acetum acerrimum has ipsas laminas suspendunt, et diebus decem relinquant. Deinde pro ferrum et eruginem quantam inueniunt abradunt. Alii massulas aeris liniunt et ea quasi scobis limamenta decidunt, in aceto mittunt et cottidie, bis aut ter commouent usquequo erugo euadat. Est ergo optima erugo quae est leuis ad tactu, et nullam asperitudinem habens. Uires autem habent quas et aes ustum uel lepida et maxime acutior est.

### **Amoniacum**

Est quasi lacrimum erbae quae a Greci acyllaic appellatur, similis alio sed uisiliores et foliis ueluti pinguioribus, quae contritas tam glutinosa quam gumen. Nascitur autem in terris Ammonis quondam regis in ultimam Cyrenen. Colligitur autem ammoniacum sic: maximis aestiuus huius ipsius erbae radix et tyrsus inciditur, et sic lacrimum fundit, et postea in terra colligitur, unde et sordem capit. Verum est optimum ammoniacum, quod est mundissimum et recentissimum et colorem candidum et quasi pinguem prout thus; et si frangatur, spissum et si lendidum paret, odore subsimile castoreo. Potest igitur efficaciter remollire et relaxare.

### **Aloen**

Sucus est erbae quae est simillima scille, cuius radix incisa hic ipse pronuntiat sucus et colligitur, uel tota erba contusa praemittitur et siccatur. Aliqui enim dicunt de petris eam colligi tam in Iudeam et Asia quam in India. Uerum optimam iudicamus quae est fragilis, gleba munda, pinguis, scliendida et subrufa, et dum aletur facile exhomidatur odore, pene subuiscosa et gustu amarissima. Effectum autem habet duplicem. Si enim bibatur et deglutatur, uentrem soluet, et purgat putredinem et colera, et flegma deducit. In oxymeli datum, dragmas II, stomaticis et epaticis magnum adiutorium est.